



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

II. Die Markgrafen Otto und Conrad verschreiben der Stadt Brietzen zehnjährige Abgabefreiheit, damit selbige sich mit steinerner Mauer umgeben möge, am 2. November 1296.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

rei sunt fideles nostri Conradus de Reder, Hinricus de Wartenberg, Otto de Gladegau Advocatus et Dominus Johannes de Alwischen et alii plures fide digni. Acta sunt hec et data Magdeburgi, anno Domini MCC° LXXX° XII. Kal. Decembr. per manum Domini Alwardi curie nostre Capell. et Notarii.

II. Die Markgrafen Otto und Conrad verschreiben der Stadt Brietzen zehnjährige Abgabefreiheit, damit selbige sich mit steinerner Mauer umgeben möge, am 2. November 1296.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses et de Landsberg, cum manifesta recognitione tenore presencium protestamur, quod viris prouidis et discretis Burgensibus civitatis Brizen libertatem donavimus a data presencium ad decennium duraturam, Ita quod tempore medio eorum civitatem muro lapideo circumdabunt, ut pendenti et durante hac libertate nihil exactionis nec profus confagitationis in euentum aliquem nobis dabunt, verum ab omni inquietatione erunt liberi et exempti. Ne igitur huiusmodi libertatis concessio a nobis seu a nostris officialibus ullatenus irritetur, presens damus scriptum sigillorum nostrorum appensionibus communitum adhibitis testibus Johanne de Sydou, Wenero de Schwanenberghe, Raven nostro Marscalco, Burchardo de Kokstede militibus et quam plurimis aliis fide dignis. Actum et Datum Prinzlau, anno incarnationis dominice M. CC. LXXXVI, in crastino omnium sanctorum, per manus domini Zacharie nostre curie notarii.

III. Markgraf Otto verzeignet dem Kloster Zinna den die Stadt Brietzen durchlaufenden Fluß die Niepliß, am 13. Jan. 1301.

Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis omnibus hoc scriptum cernentibus perpetua pace gaudere, notum facimus protestando tenore presentium universis Christi fidelibus presentibus et futuris, quod venerabiles in Christo viri Dominus Abbas et conventus monasterii in Czinna Cisterciensis ordinis Brandenburgensis Diocesis sibi a nobis cum consensu gloriosi principis Marchionis Conradi fratris nostri ac heredum suorum comparauerunt proprietatem fluvii civitatem Britz ne pertransuentis a prima ortus sui origine usque in sylvam que vocatur Havelbruch cum omnibus rivulis affluentibus, lignis, pascuis, areis desertis et non desertis ad ipsum pertinentibus ac molendinis nunc in eo locatis et in posterum locandis superius et inferius intus et extra civitatem, omnibus redditibus provenientibus ex eis cum utroque suo littore pleno jure. Preterea damus eis et confirmamus hujus proprietatis libertatem cum plenitudine omnis juris ita, quod neque super jure Burchwardi neque super jure Advocatie alicui Advocatorum nostrorum teneantur ullatenus respondere. In cujus rei lucidum et evidens testimonium presentem paginam fratribus predictis tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes sunt dominus Conradus de Redere, Dominus Conradus Rawen nostre Curie Pincerna, Dominus Otto de Ronys et plures fide digni. Datum Wolmerstadt Anno gratie M. CCC. Primo, Idus Januarii.